

clam (!) protestor nicholaum ingualzsson Anno incarnationis domini M° CCC° XLIII° dominica trinitatis in presencia et auditu quam multorum fidedignorum vipsby existencium omnia et singula bona sua mobilia et immobilia cum omnibus et singulis ipsorum adiacenciis in villa espelundum sita, cum duobus proloquutoribus et octo fastonibus bothuido ragualzsson ipsiusque veris heredibus absque qualibet reclamacione iure perpetuo irreuocabiliter possidenda, rite, et legaliter appropriando integraliter resignasse, Scripta anno et die supra dicto sub sigillo meo in huius rei evidenciam et cautelam firmiorem.

Sigillet: »S. Jacobi Andriss. de Humv» (bjelke) på en ur brefvet klippt remsa. \*)

**3790.**

**1344 d. 30 Maj.**

**Svenamo.**

MARGARETA ABJÖRNSDOTTER testamenterar, för sin och sin affidne man Johans själar, till Nydala kloster 200 mark penningar, för hvilka hon som pant lemnar sin gård i Svenamo.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen, Ego Margareta Aberni filia mente et corpore compos, attenta consideracione pensans quod humane condicionis fragilitas, nil stabilitatis, nil certitudinis optinens, nunc aduersis depressa, nunc prosperis elata, inter mundanas varietates anxia fluctuat requiem querens quam in huius seculi campo inquietudinis pleno non inuenit nec in aliqua creatura, nisi in illum tota mente se conferat in illo mentis aciem figat in quo vera sunt gaudia et requies sempiterna, Volens in ipsum tam quod sum quam quod habeo referre et secundum sapientis consilium diem malam tenebrosi temporis precauere et horam mortis incertam secundum amministratam desuper gratiam operibus quibus possum misericordie preuenire, vt ex hiis quibus me largitor bonorum et distributor honorum copiosa sue mere liberalitatis gracia honorauerat in hac vita, ipsum possim lucrifacere in eterna, in honorem suum et anime mee ac dilecti mariti mei Johannis bone memorie remedium testamentum facio, ordino, et condo in hunc modum, Primo monasterio Noueuallis ducentas marchas denariorum vsualis monete, confero in hiis scriptis pro quibus soluendis curiam meam suenamo titulo pignoris eidem obligo, ita tamen quod heredes mei infra annum continuum et diem, a tempore obitus mei ipsam curiam pro predicta pecunie summa, redimendi liberam habeant facultatem, alioquin ex tunc eadem curia cum domibus, agris, pratis, pascuis, siluis, piscariis, ac aliis suis pertinenciis quibuscumque, intra sepes et extra, longe vel prope positis, Mobilibus eiusdem

\*) Sigillet har ett annat namn än det som i brefvet förekommer. Ovisst om sista ordet i omskriften bör läsas Hvmv, Nvmv eller Rvmv

curie dumtaxat exceptis, sibi cedat perpetuo ac irreuocabiliter possidenda, transferendo in ipsum monasterium plenum proprietatis ius et possessionis dominium, prefatam curiam cum suis pertinenciis vt premissum est possidendi, alienandi, ac alio quocumque modo pro sue libito voluntatis ordinandi Interdicta mihi omni facultate hanc ordinationem meam mutandi, cassandi, seu infringendi, eciam si aliud testamentum facere me contingat, In cuius rei euidenciam pleniorum sigillum meum ac sigilla dominorum viphonis abyornason militis. Wemundi canonici lincopensis et wexionensis, Haquini canonici lincopensis necnon et algoti curati in gellarydh, ad instanciam et petitionem meam presentibus sunt appensa, Datum apud eandem curiam Anno ab incarnatione domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quadragesimo quarto, In dominica trinitatis.

*På fränsidan med yngre hand:* Parochia gällarid svenamo.

Sigillen: N:o 1, Margaretas (sparre); N:o 2 borta, en bit af remsan kvar; N:o 3, Kaniken Wemunds; N:o 4, Kaniken Håkans; N:o 5, Presten Algots (en hand öfver en kalk) alla skadade.

3791.

1344 d. 31 Maj.

Pjeteryd.

Biskop PETER i Linköping förordnar, med anledning deraf att Peter Duda till Pjeteryds prestbord skänkt en jord i Stockhylte med någon lösegendom, att socknepresten skall hvarje månad läsa en messa för gifvarens och hans föräldrars själar eller förrätta annan tjänst, som kan vara nyttig.

Wallqvist, Ecclesiast. Saml. 1 Fl. p. 15. \*)

J Nampn Alzmechtige Guds. Amen! Ähr effter Christi börd 1344 then siste dag Maji, tå Wij Petrus af Gudz Nåd Biskop i Linköping, på vårt Kalls wägnar visiterede i Pietteryds sochn kom för oss vår Elskelige Son Päder Duda boandes i för[nemp]de sochn, effter han hade förstååt, at Kärlighetsens dienst är synnerlig dem förplichtad, af huilkom wij bekännom oss største wälgerningar undfådt hafwa, och lät förståå at han hade skänkt all sin ägor och Jord, som han hade liggjandes i Stockhylte, med någre Swijn, Sex Getter, En Säng med all sin behöring, och annat huad han ther åtte, med åker, äng, mulebeet, Skog och annat huad som helst thet nempnes kan, som ther till ligger, och af synnerlig gijfmildheet tillägnadt förb[erör]de Pietteryds Prästebord Kyrkeherdanom, som tå war och framdeeles kommandes warder till ewerdeligt underhåld, antwardandes oss strax uthi våra Händers [ø:händer] fullmacht till at både honom och androm förtaga något härom

\*) Detta dokument, ursprungligen på Latin utgifvet, har blifvit »på Svenska uttolkat» och bestyrkt af »Andreas Wexionensis» (Andreas Laurentii Biskop i Wexiö 1577—1583). Af öfversättningen, som förvarades i Pjeteryds kyrka, hade Biskop Wallqvist bekommit en af Dan. G. Gedda och Carl Liungberg vidimerad afskrift. Nu finnes, enligt de upplysningar mig blifvit meddelade, hvarken originalet eller öfversättningen bland kyrkans handlingar.